



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Conciliorvm Omnivm Generalivm Et Provincialivm Collectio Regia

Ab anno DLIII. ad annum DLXXVII.

Parisiis, 1644

Fragmenta Qvae Citantvr Ex Conciliis Bracarensibvs, & eis non extant, per
Garsiam Loaisam.

urn:nbn:de:hbz:466:1-15324

FRAGMENTA QVÆ CITANTVR
EX CONCILIIS BRACARENSIBVS,
& eis non extant, per Garsiam Loaisam.

EX CONCILIO BRACARENSI.

CAP. III.

Burch. lib.
4. cap. 8.

HOC omnimodis præcipimus, & antiqui Canones præcipiunt, vt ante baptisum, viginti dies ad purgationem exorcismi catechumeni veniant, & in illis viginti diebus iuxta canonicum præceptum & erudiantur & consecrentur.

EX CONCILIO BRACARENSI.

CAP. XXII.

Burch. lib.
10. cap. 21.

Si in alicuius presbyteri parochia infideles aut faculas incenderint, aut arbores, aut fontes, aut faxa venerantur; si hoc eruere neglexerit, sacrilegium se fecisse cognoscat præsumptor aut hortator rei ipsius: si admonitus hoc emendare neglexerit, communione priuetur.

EX CONCILIO BRACARENSI.

CAP. XXXI.

Burch. lib.
3. cap. 180.

Quicumque presbyter de iure tituli sui quolibet modo aurum, argentum vel gemmas, vestes quoque si sunt, vel si accesserint aliqua mobilia ad ornamenta diuina, aliquid in perpetuum alienare tentauerit, donator, alienator, ac venditor honoris sui amissione mulctetur.

EX EODEM.

CAP. LXXX.

Burch. lib.
10. cap. 39.

Si quis balationes ante ecclesiæ sanctorum fecerit, seu qui faciem suam transformauerit in habitu muliere, & mulier in habitu viri, emendatione pollicita tres annos poeniteat.

EX CONCILIO BRACARENSI III.

CAP. VIII.

Gratianus
11. qu. 4.

Quicumque sub hoc neglectu res diuinæ laborare distulerit, speciali placito disstringendus est; vt si de rebus

ANNO CHRISTI 572. velaugmentis ecclesiæ quaestum laboris suis proprie auxit,
& ex hoc ecclesiasticis rebus aut negle^ctum laboris exhibuit, aut minorationem vel perditionem induxit, quidquid in rebus ecclesiæ minuit, ille restituat, ex cuius rebus atque suffragiis suos conuictus fuerit ampliasse labores. Quod si aliquid pro vtilitatibus ecclesiæ, aut substantia expendit, aut dispendii vel perditionis quipiam pertulerit; si hoc comprobare potuerit, totum illi a rebus ecclesiæ eiusdem reformabitur, pro cuius vtilitate id expendisse probatur. Si vero de rebus ecclesiæ tantummodo aliqua acquisisse noscuntur, & ad nomen ecclesiæ instrumenta debent componere, nec aliquibus poterunt illa donare.

CONCILIVM LVCENSE II.

ANNO DOMINI DLXXII. CELEBRATVM
post obitum Ioannis III. tempore
interregni pontificii.

NOTA.

* *Concilium.*] Hoc Concilium Lucense II. (vt videre est ex constitutione regis, quæ est apud Ambrosium Moralem lib. 11. c. 26.) habi-
tum fuit æra 610. anno secundo Ariamiri regis, paulo post quam
Bracarense secundum absolutum fuisset. Ab illo ergo Lucensi diuer-
sum esse apparet, quod celebratum est sub Theodomiro parente, æra
607. In constitutione regis, quæ prædicto loco apud Moralem ha-
betur, Theodomirus hanc Synodus conuocasse legitur; sed men-
dose. Canones antiquorum Conciliorum auctore sancto Martino
Dumiense & Bracarense episcopo collecti, ad hanc Lucensem Syno-
dum missi fuerunt. Baron. ann. 572. num. 10. 11. 12. item ann. 569.
num. 2.

DuoLucen-
sia Concilia
habita fue-
runt.